UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 174.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

quin in requiete atque honore eſſet. Quoniam igitur ipſum ob ſuam gloriã à morte ad vitam excitaturus eſſet, collachrymauit his propemodum verbis vtens: Eum qui portũ iam appulerat, rurſum ad fluctus & procellas voco: eum, qui iam coronã cõſecutus erat, ad certamina rurſum duco.

Eidem. 174.

Cùm in vnoquoque penè cõgreſſu multi de virtute ſermones habeantur, parua tamen apud multos eius cura eſt, magna autem apud paucos. Cæterùm omnes, nõ modò ipſius amantes ac ſtudioſi, verùm etiam hoſtes, eam laudibus efferunt. Tanta ipſius pulchritudo eſt! Improbitatem contrà, & hoſtes & amatores vituperant. Tanta ipſius deformitas eſt! Verùm præſenti voluptate tanquam armis quibuſdam inſtructa, tametſi alioqui belluina forma prædita, eam, quæ diuina pulchritudine fulget, apud pleroſque ſuperat. Operæpretium itaque eſt illud noſſe, quod etiamſi præſens voluptas, maiorem vim habere videatur, quàm quod in poſterum vtilitatẽ allaturum eſt, at in exitioſum tamen ac peſtiferũ ſinẽ deſinit. Quocirca ſatius ac præſtabili⁹ eſt à laborib⁹ ad requiẽ, quàm à voluptate ad cruciatũ proficiſci.

Martiniano Presbytero. 175.

Prudentia ſimplicitate temperata, diuinam quandam rem, hoc eſt numeris omnibus abſolutam virtutem parit. At ſi altera ab altera ſeiungatur, illa in peruerſitatem incidit, hæc in ſtultitiam deſinit. Etenim illa ad malum aliquod patrandũ apta eſt: hæc fraudi ac deceptioni patet. Ac propterea diuinum oraculum per vnã imaginem hoc minimè declarauit (neque enim in iis animantibus, quæ ratione carent, prudentia cum ſimplicitate coniuncta eſt: verùm alia improbitatem, alia ſimplicitatem conſectantur) verùm his verbis vſus eſt, Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Hoc autem non eò ſpectat, vt ſerpentis venenum ac

εἰσελάσαντα, πάλιν ἐπὶ τὰς τρικυμίας καλῶ, τὸν ἤδη στεφθέντα, πάλιν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγω.

Τῷ αὐτῷ. ροδ.

Πολλῶν λόγων γιγνομένων μικροῦ δεῖν καθ᾽ ἑκάστην συνουσίαν περὶ ἀρετῆς, ὀλίγος μὲν αὐτῆς τοῖς πολλοῖς τυγχάνει λόγος, πολὺς δὲ τοῖς ὀλίγοις. πλὴν πάντες οὐ μόνον οἱ ἐρασταὶ αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτὴν ἀνακηρύττουσι· τοσοῦτόν ἐστιν αὐτῆς τὸ κάλλος. τὴν δὲ κακίαν καὶ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ ἐρασταὶ κακίζουσι. τοσοῦτόν ἐστιν αὐτῆς τὸ ἀπεχθές, ἀλλὰ τῇ παραυτίκα ἡδονῇ ὁπλιζομένη, εὐδοκιμεῖ παρὰ πολλοῖς. καίτοι θηριόμορφος οὖσα, τὴν θείῳ κάλλει ἀστράπτουσαν. χρὴ οὖν εἰδέναι, ὅτι εἰ καὶ ἡ παραυτίκα ἡδονή, μεῖζον δοκεῖ ἰσχύειν τοῦ ὕστερον συνοίσοντος. ἀλλ᾽ εἰς ὄλεθρον καταστρέφει τέλος. ἄμεινον οὖν ἀπὸ πόνων εἰς ἀνάπαυσιν ἰέναι, ἢ ἀπὸ ἡδονῆς εἰς τιμωρίαν.

Μαρτινιανῷ πρεσβυτέρῳ. ροε.

Ἡ φρόνησις τῇ ἁπλότητι κιρνωμένη, θεῖόν τι χρῆμα. φημὶ δὲ, ἐντελεστάτην ἀρετὴν ἀποτελεῖ. εἰ δὲ θατέρα θατέρας χωρισθείη, ἡ μὲν, εἰς πονηρίαν ἐμπίπτει. ἡ δὲ, εἰς μωρίαν τελευτᾷ. ἡ μὲν γὰρ εἰς τὸ κακουργεῖν, ἡ δὲ εἰς τὸ ἀπατᾶσθαι ἐστὶν ἐπιτηδεία. καὶ διὰ τοῦτο ὁ θεῖος χρησμὸς διὰ μιᾶς εἰκόνος τοῦτο οὐ παρέστησεν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις φρόνησις μετὰ ἁπλότητος. ἀλλὰ τὰ μὲν τὴν πονηρίαν, τὰ δὲ τὴν ἁπλότητα μεταδιώκει. ἀλλ᾽ ἔφη, γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. οὐχ ἵνα τὸ ἰοβόλον καὶ πληκτικὸν τοῦ ὄφεως μιμησώμεθα. κακίζονται γὰρ οἱ

Ἰουδαῖοι